

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad
Exequias, Quas Coniugi ... Elisabethae Lenekers/ Maritus moestissimus ex
aedibus Christiani Von Thienen/ ... parat. Cives ... vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773014284>

Druck Freier  Zugang



Rhane, H.

in

E. Leneker,
uxor. J. Ambrosii.

Rostock, 1638.

67.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn773014284/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773014284/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn773014284/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773014284/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn773014284/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773014284/phys_0004)



Sund 95.
RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,
J. U. D. & Profess. P.

AD EXEQUIAS,

Quas

CONJUGI PVDICISSIMÆ
ELISABETHÆ *Beneferſ/*
Maritus mœſtisimus

ex adibus

CHRISTIANI *Bon Tienent/*
hodie hora duodecima
parat.

Cives suos in ædem D. Mariae vocat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILI, Academ. Typogr.

Anno M DC XXXIX.

NO N absq; causa est, quod
apud *Ιεραμωνην* Euripidem, de se-
xus sui fortuna mulier queritur;

Αλιγένεν εστι θηλυ μιονθεν γένεσι.
αι γέρο σφαλεσση ταιον σοι εσφαλμένης
αιχθυ γυναιξι, κη πεκάνιουται ψόζουν
Ταις ει πακασιον, αι πακάι.

*Miserrimum est muliebre genus, semel odio ha-
bitum;*

*Nam quæ peccarunt, etiam immeritis
Dedecori sunt mulieribus; communicantq; op-
probrium*

Malis, quæ malæ non sunt.

Nimis, inquam, vera queritur mulier, C. Acade-
mici, & quæ credi oporteat, etiamsi μυσούνται ille,
ut nonnulli ferunt, Poëta, cuius tamen singuli
versus singula testimonia olim putabantur, dis-
simulare alibi videatur. Quotus enim quisq;
lascivientis pravæque juventutis est, qui inter
pocula & noctes divisus, dum omnia familiae
decora ipse affigit ac pessundat, in uxoris mo-
res plus, quam censor Cato non sedeat, alieni
erroris pius observator, suorum acerrimus pa-
tronis? Et quidem nisi grave sit lectoribus,

V 2

quod

quod, præter opinionem etiam; nullam exi-
stimo nasci malam foeminam, omnes fieri; ma-
ximamque uxorum partem conjugibus debe-
re mores suos, non sibi. Naturæ enim propen-
det in virum mulier, &, si credendum sit anti-
quissimis Philosophorum, appetit ea meliorem
sexum, veluti materia formam; neque aliter
fertur, quam ad similitudinem earum rerum,
quibus, ut juxta naturam & bene sit, aliunde
perfectio quærenda est. Animis enim non mi-
nus, quam corpore infirmiores, à prima deside-
rant statim ætate mutationem sui, & de virginie
converti in uxores. Quibus ad sexum nostrum
nihil proprius est, nihil pertinacius adhæret.
Quemadmodum a natura Dominos fecit, quia
eos fecerat, qui præesse sibi non possent; ita de-
traxit robur & consilium foeminis, ut haberent,
quod se maribus applicaret. Nec mirari decet,
si per maritorum heroas animos nonnullæ uxo-
rum excitatae, paulo majoris ingenii filias enitā-
tur, dispariq; in conjugio sæpe foemina virilior
sit. Hoc enim est, quod omnium primo & na-
tura abhorret, quæ similibus aut coitinis in se
gauder. Nec aliud ferme mulieres nobis tot
malas conciliat, quam indolis morumque di-
versitas. Ergo alter alteri non placere, quibus-
cunq; etiam modis & quacum animi conten-
tione

tione annitatū. In deterius omnia se p̄æcīo-
pitant. Quod tamen ne tum obtinere potest,
cum sui compos maritus ac Vir extiterit. Quot
enim mulieres per educationem asperæ satis ac
immites, per malorum consortia aut priores
tædas corrumpi jam coeptæ, quam primum im-
peria senserunt, ad frugem non reverlae atque è
malis quam optimæ factæ sunt? Quot vero ea-
rum non melius sese habuerunt, cum regi inci-
perent, idq; sponte sua confessæ sunt? Factum-
que tum, quod in firmissimis navibus solet, quæ
cum fluctibus conflictatæ mole periclitantur
sua, si clavus ipsis excussus aut diffractus sit;
minimum timent, quamdiu ille gubernatori
paret. Certe, multi ex nostro sexu plusquam
mulieres sunt, quod linguae incontinentia, & per
iracundiam rixasq; approbant, quibus longe
reclius imperet vel mediocris fœmina, nec in
poenam constitui condignius quicquā posset,
quam ut nubendi ipsis necessitas imponeretur.
Neq; adduci possum, ut credā, adeo mollē fu-
tilem q; populū extitisse ullum, in quo fœminæ
quandoq; non p̄æstiterint viris, postquā omni-
bus seculis compertum est, quomodo sexus nō
obstet virtuti, sed patrum indulgentia aut mari-
torum. Ipsi illi sapientiæ magistri, quiq; eorum
severissimi sunt, admiratores sese & p̄æcones

dederunt tam frequentium exemplorum, & ex
iis gloriam simul auxerunt suam. Quanquam
imminentibus iam undequaq; postremis rebus,
hoc quoq; poenarum sit nobis attributum, ut
meliota omnia cum die decrescant atq; atte-
rantur, sexusq; iste nostram sequatur corruptio-
nem. In quo, si cebrius natales celebrantur,
Dei opus ac donum istud est, si rarius exempla
efferuntur, nobis imputandum est. Quid ergo
miremur, quod inter tot mulierum funera, quæ
civibus procurantur, exteris quoq; in numerū
vocari necesse sit, postquam in tanta urbe, com-
muni orbis malo, adeo circumspiciendum bo-
nis est, ut comites ejus itineris bonas suiq; con-
sortii habeant? Excipit enim hoc tempore se o-
mnis ætas, sexus, & dignatio, non minus virorū
continuatis per funerà nominibus, quam uxori-
um. Inter quas nuperrime allecta est Honestissi-
ma Matrona ELISABETHA Genekesß/ olim
JOACHIMI Schmedesen Senatoris & sacrorum
redituum Fridlandiae Oeconomi, nunc, digni-
tatū quoq; præter cætera Successoris, Viri pru-
dentissimi Dn. JOACHIMI AMBROSII, vidui
mæstissimi, exul quondam apud nos, & charis-
sima uxor. Quæ per id tempus, quod vixit, pu-
dicitiæ ac honestati, Deo præcipue, sacrisq; lite-
ris deditissima, maximo inter cives suos, nec vul-
gari

gari penitus apud nos exemplo, quantum sit a
bonis parentibus educari, per bina conjugia ma-
ritis, per LVII, yitæ annos secum natis probavit.
Dum molesta nemini ac gravis, officiosa aliâs &
liberalis admodum, in lœris moderata, patiens in
adversis, Deo fida & conjugibus extitit. Quarū
laudum particeps jam viva & inter suos & per
exilii tempus ab hospitib⁹, ad quos divertit,
Integerrimo sc. Viro CHRISTIANO von Ehien⁹
& ELISABETHÆ Schnettler⁹, aliisq; perquā
multis civibus ac Rev. Confessionario, per hanc
autem scriptiōnem à nobis quoq; non immeri-
to facta est. Fantoq; libentius defunctæ nata-
les persequimur, quia ex illius pietate Genitorū
virtus præmium & redditum quasi vigorem ca-
pit. Pater HENRICUS Consul Fridlandia, ma-
ter DOROTHEA, CASPARIS Schulzen, Civis
primarii, & fortissimi quondam militis, Panno-
nia, Galliis, Belgioq; spectati, & qui patriæ virtu-
ti nihil cessit, legitima filia. Si quidem CASPA-
RUS ipsi pater perinde miles & sub auspiciis MA-
XIMILIANI II. adversus hostem nominis Christi-
ani non sine gloria fuit. A matris ergo sanguine,
bellorum à patre consecuta est pacis decora.
Nam & AVVS Reipublicæ partem curavit, urbis-
que prætor Principū nomine & Ecclesiæ Dia-
conus, quem Oeconomū vocant, Ayia a, Sena-
toris

totis apud Anclamenses MATTHIAS Hamborges
Filia extitit. His edita majoribus, XXI. ætatis
anno conjugium iniit cum priore, & quem ante
citavimus, marito; editis V. liberis, Filio JO-
HANNES, nunc vexillifero equestri, ANNA, AN-
DREÆ Geiselern, ELISABETHA, CHRISTIANI
Gassuben/Pastoris in Strelitz/DOROTHEA, FRI-
DERICI AMBROSII, & MARIA, MARTINI
Erdmannesh/ Gryphiswaldiensis Myropolæ, o-
mnibus pudicis ac honestissimis uxoribus. Quæ
familia piam matræ, multisq; cum vicibus hu-
jus seculi luctatam impotentius lugere cū moe-
stissimo Viduo non debent. Terra enim est Do-
mini, & tam bene hinc ad cælos, quam in patria
transitur. Nec enim aliter quam pro isto itine-
re & vivere & morilla foemina didicerat. Nos
peregrinæ facturi sumus, Cives Academicæ,
quod hactenus incolis fecimus, quos cum exe-
queremur è mundo digressos, advenas non
minus fuisse intelleximus. PP. XXII.

Junij 1339





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn773014284/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773014284/phys_0013)

DFG








Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn773014284/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773014284/phys_0016)

DFG

gari penitus apud nos exemplum
bonis parentibus educari, per bir-
ritis, per L. VII. vitæ annos secum.
Dum molesta nemini ac gravis,
liberalis admodum, in lœtis modis
adversis, Deo fida & conjugibus
laudum particeps jam viva & in
exilii tempus ab hospitibus, ad
Integerrimo sc. Viro CHRISTIANO
& ELISABETHÆ Schnettler/
multis civibus ac Rev. Confessio
autem scriptiōnem à nobis quocun-
to facta est. Tantoq; libentius dicitur
les persequimur, quia ex illius pio
virtus præmium & redditum qua-
pit. Pater HENRICUS Consul Filius
ter DOROTHEA, CÄSPARIS S.
primarii, & fortissimi quondam nati-
nia, Galliis, Belgioq; spectati, & qui
tum nihil cessit, legitima filia. Si qui
rus ipsi pater perinde miles & sub
XIMILIANI II. adversus hostem no-
ani non sine gloria fuit. A matris e
bellorum à patre consecuta est pa-
Nam & Avus Reipublicæ partem
que prætor Principū nomine &
conus, quem Oeconomū vocant;



the scale towards document

Patch Reference Chart T263 Serial No. 035
Image Engineering Scan Reference Chart UTT